suum in medium sui mittendum supplicant, addito  
quod se se Status et Ordines non solum sua Majestati  
Regis



Regio, sed etiam suorum Heredum Imperio et pote,  
tate in omne tempus subsiderint. Non secus An.  
ni 1550 Articulis 2. H. S. in Pratiar referunt Regia  
Majestati, quod per serenissimos Liberos suos  
administranda Republica incumbere velit. Porro  
Articulus 1. Anni 1488 per expressum indiget, Ele,  
ctionem Regis locum non habere, durante semine  
Regio, alii vero Vladislai Regis Decreti 1. 107. et 3.  
46 Articuli durante ilidem semine Regio, inter regnum  
dari et admitti, consequenter pronunciari et publicari  
nequire, per expressum innuit. Et quibus legitime dedu,  
ci, etiam si impugnata ab adverso verba coronari  
faceremus, seclusa omni justa interpretatione supe,  
rius declarata, simpliciter, uti sonant sumenda forent,  
modo regnantem tamen suam Majestatem, velut le,  
gitimum desideratissimi condam Penitoris Filium,  
et heredem Regium, vigore prerogativarum Regni Legum  
legitime coronari facere potuisse, juste sequela foret,  
violenter etiam protensive sub eadem Dieta vota  
perperam objici; Non enim speciem extorsionis et  
illata vis inducit vindictiva justitia administratis.  
Et quod Cypriensis contra nonnullos ne dum septem  
eorum adhuc Perduellionis suspectos et Complices,  
coincidenter pro tempore illo delatos, et convictos,  
ne iter



auguribus, an non funesto hoc Casu, Coeteri  
Regnicola ipsorum Affecta percussis, nolentes volentes,  
in Seditiosorum Caputum molimina et Sententiam  
abire, votag impie intentioni ipsorum conformare co-  
acti sint. Allegatam porro Cesareo Regionum Armorum  
in Hungaria eorum ferventis utique contra Christiani  
nominis hostem Turcam continuati Belli ratione  
exposcente, copiosiori numero existentiam, nihil ad  
violentanda sub Dieta Posoniensi Regnicolanum  
vota, operatam demonstrari potest, adeoq nec ad ean-  
dem Dietam, ideo, quod violenter extorta esse dicatur,  
tollendam, simplicia verba sufficere; Nam si et eo,  
quod et promissa communi Christianitatis causa,  
tempore Dieta, Arma Cesarea in Regno fuerint,  
tollendam Dietam moderni infideles pretendunt, lu-  
culentum ad rescindendas potius Pacificationes Dooc-  
Kaianam et Bethlenianam nec etiam Rakoczianam,  
subsequenteq superinde Dietas, infestis sane Seditio-  
rum et diversarum Gentium, Barbarorumq Armis,  
vicinas etiam Provincias vastantibus, a Rege et  
coeteris fidelibus Regnicolis extortas, ipsimet contra  
se prebent Argumentum, et suo se telo jugulare, ac  
suo Majestati sacratissima, et ejusdem fidelibus ad  
tempora



tempora illa et promissas nimirum Pacificationes,  
et Dietas precedentium Annorum Subernacula rede-  
undum viam monstrare videretur. Illi detestandae  
eorundem Ambitionis fructus, et ut charam Patri-  
am majoribus involvant discrimenibus, et belli fomi-  
tem exagitent, interregnum, quod praecitatis ac alius  
Regni Legibus, ut pote Articulis 2. 1653. iterum 2. 1647  
et 3. 1625. pro penitendo semper agnitum, veri quidem  
Patria filii, solliciti antevertere studebant, moderni  
autem libertatem protensi asportatores, verius ta-  
men earundem evertores, et Patria depredatores,  
ut semet tales facti etiam contententur, et effreni  
cupidati sua omnia audendi indulgeant, faustore  
et pertinaciter pronunciare, ac despotico Imperio suo  
subjugatis sibi adherentibus ante haec Convocatis,  
jam Vasallis, horum quoque nomine publicare sedito-  
sa conspiratione, parte Authoritate sua, integrum  
esse depradicant. Cum tamen Proto Rex S. Stepha-  
nus, cuius Decreta in favorem suum hi infideles ci-  
tare videntur Decretorum suorum Lib. 2. c. 1. Conspi-  
rationes contra Regem, et Regimen detestatus, sub  
anathemate et lege Julia severissime vetaret; Quam  
primariam Legem ad Universas domesticas Ligas et  
Confederationes, inter Regnicolas, fide mediante, aliter  
vel



vel qualibet eorum factas, et de Conspiratione emergentes  
velut Republice permissivas etiam, subsequen-  
ter etiam Regni Leges signanter vero Articulus 5.  
Anni 1446. et 44. Anni 1579 Articulus vero 40. Anni 1626  
sub poena perpetuae infidelitatis inhihent, et quibus  
adpote Conspirationibus et Confederationibus dege-  
natis dinstincte prohibitis, enatas quoque Sectione  
condemas quavis Constitutiones velut ex virulento  
fonte permanentes, ac has inter cetera interregni  
Declarationem suapte corraere, evidenter foret conse-  
quenda. Accedente ea quoque validissima ratione,  
quod velut Generalem Convantum, seu Dietam indice-  
re, et continua Regni praesi et Consuetudine stabi-  
lis Regis auctoritatis foret, ita universas, seu et  
praeter dictum, ac benignam Amicentiam Regiam  
privata cujusvis, multo magis et Damnae Sectioni-  
bus vindicata, auctoritate indictor Articulus 17.  
Anni 1626. vanos et irritos declararet, Pro quali-  
narrissimas infidelium Onodiensis Convantum, ibidem  
universa eorundem Acta et facta repudanda veni-  
rent, praesentium postiore et juniori, Officiisq; Dignitati-  
bus, ac Familiarum etiam Celebritate fidelium Statu-  
um et Ordinum Regni sicuti ex annuo Cathalogo aparer-  
numero, confusus infidelium multitudini, ad mortem  
etiam Ill. 2. Partis 9. oper. Dec. tripartiti longe  
prof



preferendo et prevalente, in eundem illegalem Consentum  
non consentiente, quum inaudita premissa infidelium  
sacrilega in Regem, et Dominum suum Clementissimum  
temeritate, contra omnia ipsorum acta, et ejusmodi per-  
nitiosam interregni Declarationem, coram sua sacra-  
tissima Majestate legitimo utpote Rege et Domino  
ipsorum Clementissimo solemniter contradicente et  
protestante. Et vero universas Columnas et Baro-  
nes Regni, nemine excepto, potioresq; Dominos Pre-  
latos et Magnates, ac Supremos Comitatum Comi-  
tes, non secus quam plurimos Nobiles ac etiam  
Cives debitam sue Majestatis fidelitatem lauda-  
biliter sequi, prout aliunde in comperto esset, ita  
Augusta sue Majestatis sacratissima Aula ex-  
peritur. Et vel ob id memorati infideles, jam non  
solum Pena nostra utpote Videlicet, quorum am-  
plis redditibus et Proventibus ac spoliis, haecenus  
iniquè ditati sunt, coeca ulterius etiam Dominan-  
di Cupidine stimulati, praeter omne jus et equum  
occupare, sed Officia etiam, et Dignitates nostras,  
indigne adimere, et ad praetensum Fiscum Regni,  
rectius autem suam libidinem adimplendam ap-  
plicare, virtute praetensi Onadiensis articuli statu-  
issent; Cum tamen Statuta quaecumq; nisi in aliqua  
Lege



Lege fundentur, aut Legem conformiter fiant, suapte  
nullius sunt vigoris. Legem autem superinde prout  
ne citarunt, ita nec reperire possunt, qua Fidelium Of-  
ficia, Dignitates, Bona, Regi et Regno infideliter  
adimere possint, nisi violenter et tyrannice proce-  
dendo; contrarias tamen redissent, hi preclari, ut ajunt,  
Legum custodes, si profundius easdem inspexissent,  
et quibus, prout supra allegatis, ita etiam Constitutio-  
num Personensium Article 4. Anni 1542. constat,  
similium, abominandam, et execrandam notam in-  
fidelitatis incurrentium, et resipiscere nolentium  
Bona, per Fiscum Regium occupari, eaq. dividendi,  
et damnificatis Fidelibus et pretio talium Bono-  
rum refusionem fieri, residua vero ad necessita-  
tes Regni applicari posse et debere. Et quemadmo-  
cum universa in Regno Hungariae, Officia, Di-  
gnitates et honores, excepto Palatinatu, (cujus  
Electio etiam ad Regnicolas pertinet) solum Re-  
giae Majestatis est conferre, ita, si quis, prout  
ipsi infideli, honore aliquo, aut officio privan-  
tus esset, pariter soli Regiae Majestati a qua  
nempe Collatio eorundem procedit, competere po-  
test, Ac proinde mentionatum illegalem illum  
nonnullorum infidelium, potissimum vero per  
ignorum Capita, Authores, Antesignanos, conatum

Onod



Onadiensem Conventum, et ibidem Acta facta, et con-  
sua, aliunde uti et precipitatis Legibus demonstra-  
tum est, per se, ipsos facto, nulla, irrita, et inrigoro-  
sa tenore harum nos quoque annullamus, morti-  
ficamus, et pro irritis et invalidis pronunciamus,  
preattactaq; modernorum tumultuum et Seditionum  
Capita, Authores quippe et Antesignanos, ac uni-  
versos iisdem sponte adherentes, cuiusvis Status  
et Conditionis pro infidelibus legali poene obno-  
xiis, ac vel ob presuntam tot Regni Articulis  
damnatam, et publica quieti perniciosam inter-  
regni publicationem, ac Regnicolarum in eas,  
quas interregni tempora secum trahere solent,  
Calamitatis, spontaneam precipitationem, pro  
Patrice hostibus reputamus, ac tenore huius scri-  
pti, palam et publice pronunciamus. Ac nos  
prout in homagiali fidelitate benemeratae suae  
Sacratissimae Majestati, legitimo ut pote Regi  
et naturali Domino, Domino nostro Clementissi-  
mo, ac sacro ejusdem Regis Diademati debita,  
constanter perseveraturos, ita neminem alium,  
futuris quoq; semper temporibus, ad ultimum  
usque ejusdem Majestatis vita Terminum (quin  
Deus in seros et longevos Annos differere dignetur)

pro



pro immediato, vero et legitimo Rege et Do-  
mino Clementissimo devoti animi cum sub-  
missione recognoscituros, et hanc devotionem  
nostram etiam cum fusione sanguinis con-  
staturos, declaramus; Nulli ambigentes, quin  
potius nihil eo certius habentes, quam quod  
prelibata sua Majestas sacratissima, Nos,  
et universos Status et Ordines Regni, in cum-  
ctis et communibus aritis juribus, Privilegiis,  
Libertatibus et Legibus, Secundum benigni  
Diplomatis sui, ac Articuli quarti, novissime  
Dieta Posoniensis tenorem, in omne tempus  
Regalium suorum Sceptrorum potentissime  
manutenetura sit, et indemnes conservatura.  
Datum in Archiducali Civitate Vienna Austria  
Die 20. Mensis Augusti Anno Domini 1707.



Nos Josephus Dei Gratia Electus Romanorum  
Imperator semper Augustus, ac Germaniae, Hungariae,  
Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae Sclavoniae & Rex; Ar-  
chi-Dux Austriae, Dux Burgundiae, Brabantiae, Styriae,  
Carinthiae, Carnioliae, Marchio Moraviae, Comes Habsburgi,  
Tyrolis et Voritiae &c. Universis et singulis Orbis  
Christiani Regibus, Rebus publicis, Sacri Romani  
Imperii Electoribus, Principibus et Statibus, ac quibus-  
vis, quorumcumque aliorum Regnorum, Ditionum et Pro-  
vinciarum, sicut et praefati Regni nostri Hungariae  
Statibus et Ordinibus, ad quos, vel quorum notitiam  
praesentes quocumque modo pervenerint, aut earundem  
notitiam habuerint, notum reddimus et manifestum.  
Quod quemadmodum toti Orbi Christiano, et antea actis  
etiam innotuisse et constare non ambigimus, Nos sub  
ipso statim Regimine nostro, quod per Serenissimi  
condam Principis Leopoldi Romanorum Imperatoris,  
ac Germaniae, Hungariae & Regis, Praedecessoris quippe  
et Gen.

1707

25 Aug



et Senitoris nostri, et gloriosa memoria desideratissimi,  
ad Superos evocationem, in Regnis et Provinciis juri no-  
stro subjectis adepti sumus, initio, primas regnandi cu-  
ras, omnemq; Paternam sollicitudinem eo direxisse,  
et impendisse quo videlicet, prefatum Regnum nostrum  
Hungaria nobis cum primis charum, factionibus non-  
nullorum inquietorum Patria Filiorum turbatum, ad pri-  
mum tranquillitatis statum reducere potuissemus, eumq;  
in finem, prelibati condam Senitoris nostri gloriosissimi  
vestigis insistentes, oblatis benignissimis eorum statim  
Amnistialibus patentibus et Asscuratoriis, medio etiam  
predefuncti Cardinalis a Hollonicis attunc Archi Epis-  
copi Strigoniensis, et Primatis Hungariae, respectu ve-  
nerabilis Cleri, ac Illustris S. R. Imp. Principis Pauli  
Cestorae, ejusdem Regni nostri Hungariae Palatini, ac  
Locumtenentis nostri Regii, cujus id munus erat, re-  
spectu etiam reliquorum Statuum et Ordinum Regni  
publicatis, et ad eodem Status et Ordines transmissis,  
Universos a debita fidelitate devios, ad gratiam et beni-  
gnitatis nostrae sinum, nobis reconciliandos, paterno  
affectu invitassemus, nec non, pari et solemni modo,  
quo, quo Divus quondam prefatus Senitor noster, se-  
renissima Magna Britannia Regina, et Dominorum  
foederati Belgii Ordinum, laudabili Mediatione Nos uti  
velle



velle, declarassemus: Ac insuper, ad interposita coram  
Majestate nostra modofata mediationis Officia, con-  
testandamq; propensam in procuranda dicti Regni  
nostri Hungaris quiete, Regi animi nostri sincerita-  
tem, ad incundum etiam cum iisdem Pacificationis Tra-  
ctatum, clementer et equanimiter condescendissemus,  
Deputatamq; eo fine plenipotentiata Commissionem  
instituentes, receptis eorundem postulatis, ad eadem,  
non minus legibus Regni conformem, quam beni-  
gnam etiam et Majestati quoq; Regis congruam  
Resolutionem impertiti, ac ex ea (quam intuitu Abs-  
curationis per Laudabilem Mediationem, quod nimi-  
rum, vero et Sincero animo, Pacis negotium tractatu-  
ri essent, Nobis data conceperamus) fiducia, ulterio-  
rem eorundem replicam prestolati fuisset, ita  
non minus quempiam latere arbitramus; Qualiter  
prefati Tumultuantes, benigna nostra in pacem  
propensione, et in Tractatum immissione, ac eorum,  
que sub ipso Tractatu Pacis finiri nequivissent,  
sub Generali Regni Dieta, quam tunc proxime pu-  
blicandam clementer obtuleramus, appromissa, com-  
planatione abusi, non amplius respondere volu-  
erint, verum ad impia, et injusta arma convolventes,  
eo temeritate perfidam Seditionem suam promovere  
advisi



admissi fuerint, et in detestando suo Conventiculo, seu  
factioso congressu Onodiensi, Statim et in antecessum  
Regnicolis, partes eorundem, nonnullis quidem sponte  
et ultronee, pluribus tamen vi et metu coacte sequen-  
tibus, ne ullus, quamvis sub sabro eorundem conductu  
constitutus, vesana intentioni ipsorum contravenire, aut  
diversum ab ipsis sentire auderet, duro et tragico exemplo  
deterritis, frenum et capistrum imponere fatuo se prae-  
sumserint, dum horrendo et inaudito exemplo, in Ablega-  
tos Comitatus et praesertim Legum Patriarum principalio-  
risque nobilitatis prerogativa pro quarum redintegra-  
tione se arma sumpserisse nequiter jactitant manifestam  
prevaricationem, via facti, et tumultuose describere, et qui-  
dem ipsimet Ductores, et Seditiois Coriphaei, propria et  
scelerata manu dilaniare, et christianam sanguine caeda,  
veri sepulturam negare, a Tyrannicum in Conscios,  
et neutiquam Subditos, aut Stipendiarios Dominum,  
in terrorem reliquorum incire, gloriosum fore existima-  
verunt, taliterque ceteros, recenti adhuc Tyrannice dilani-  
atorum Commembrorum suorum sanguine triste spe-  
taculum exhibente percussos, et attonitos, nolentes  
volentes, in perversa sua molimina, ac sententiam  
pertrahere, et victas quasi manus dare cogerint, vi-  
rusq. suum, quod per prius occultum pectore fovebant,  
suos



ea occasione emovere, ac tenore certarum Collusio-  
num, seu, uti ipsi pretendunt, Articulorum suorum,  
tanta verborum licentia, in personam et Augustam  
Domum nostram, ac Divos Praedecessores nostros in-  
juriose, et quantum nec apud Aemulos, aut hostes  
inter se Principes, honestas, minus subditi et natu-  
ralem Dominum reverentia et respectus admittent,  
blaspheme debachari, Regiam successionem nostram,  
pro Tyrannica in Regium solium obusione, pretendere,  
et plura alia scomata effutire, ac deniq ab omni Regia  
nostra, et per nos totius Augusta Domus nostra  
obedientia, et reverentia, omnig jure, et in Sacram  
Regni Coronam, ac Regnum, aut Regimen preter-  
sione, semet liberos et absolutos, propria sua teme-  
raria, et perfide sibi vindicata Auctoritate asserere,  
eis deniq abrenunciare, et contradicere, ac inter Regnum  
promulgare, Fidelesq nostros, nisi factioni ipsorum  
associent, pro publicis hostibus, Officiis item et Di-  
gnitatibus, Ecclesiasticis qg ac secularibus privan-  
dos declarare, contra plurimas positivas Regni Le-  
ges, cum prostitutione Regiae et Supremae Dignitatis  
nostrae, nefando sane ausu, non erubuerint, ac per hoc  
atrox facinus, omnem ulterioris Compositionis spem et  
viam



viam Regnicolis amputare cupientes, eo detestatam et  
damnatam Rebellionem suam precipitem egerint,  
unde se ipsum revocare vix amplius posset.

Et licet Nos absq; omni data causa, tantis Calumniis  
is probris et injuriis, per refractarios subditos alias  
nostras et erga gloriosos predecessores, ac Augustam  
Domum nostram, cujus liberali munificentia Proge-  
nitores olim ipsorum, ac ipsi quoq; tot beneficiis, Domi-  
nii, dignitatibus et honoribus ditati, donati et aucti  
fuere, omnino ingratos, indignè lacepsiti, ac ad tuendum  
jus nostrum Regium, Divinitus nobis traditum pro-  
vocati, Arma nostra in pernicacem eorundem Cervi-  
cem convertere, et in transversum actos Regnicolas  
ad saniora Consilia, debitamq; fidelitatem revocare,  
urgere, ac eos etiam quos non utiq; sua sponte, sed  
a potiori uti Majestati nostro sat superq; constat,  
metu aut aliter, abominabili dictorum Perduellium  
Rebellioni adhesisse contigit, ab immuni et Igrami-  
co eorundem iugo, quo ad per Dei gratiam fieri pote-  
rit, liberare, propulsatq; Rebellionum Althorum, Ducto-  
rum & Antesignanorum, qui velut in furiam acti, una  
secum universos Regnicolas, sine ulla Nationis et po-  
steritatis cura, reflectione, honore in extremam perni-  
ciem deturbare nihil pensi haberent, hostilitate pro-  
fata Regno nostro pristinam quietem, tranquillitatem  
restit



restituere satagamus, non intermissuri etiam <sup>op.</sup>  
portuna quavis et congrua, ac a Deo, et natura ad-  
missa media ad id adhibere.

Ne tamen falsa, et sacrilega ipsorum infami libello  
divulgata Calumniis, apud ceteros praesertim et remo-  
tiores, quibus hoc sincere et genuine constare ne-  
queunt, aliquam impressionem, aut vel minime veri-  
tatis speciem, quasi vero, communi, uti ipsos asse-  
rere non pudent, Regnicolarum voto emanasset, facere,  
et movere valeat, duplex, et speciale eatenus prefati  
Principis Palatini, suo et Fidelium nostrorum, potio-  
rum utiq, et Saniorum, Officiorumque et Dignitatibus  
ac Familiarum etiam celebritate ampliorum Statu-  
um et Ordinum Regni, qui Legem cum Rege statuere  
solent et condere, et qui confusa multitudini prevale-  
rent, nominibus, legaliter, ea etiam ex ratione, ne quo  
pacto, hi quoq, velut in debita fidelitate persistentes,  
Perduellium infamiam insimulari possint, concinnatum  
Protestatorium Condictorium, ac illud in forma Manifesti  
emanatum scriptum, quo mentionatorum Rebellium  
Athenum, et Capitem, Legibus obtorto, ut ajunt collo, in  
favorem sui allegatis, palliata perfidia, detracto velo,  
claro et irretractabili argumento, in ipsis Regni Legibus  
sincere fundato, luculenter demonstratur, Nobis demisse  
exhibitum



exhiberetur, et presentatum, in eversionem ab adverso  
temere divulgatorum, siquidem totius Christianitatis,  
in hujusmodi atrocium scelerum cognitionem devenire,  
intereat, huic subnectendum et adjiciendum esse censui.  
mus, ac ad idem, ne cum subditis nostris scripto alter,  
cari videamur, Nos provocamus: Ex quo nimirum  
quemlibet sensatum et nulla preoccupacione preven-  
tum, facile comprehensurum, et judicaturum credimus  
non solum coronacionem nostram, debito modo et for-  
ma, unanimi Regnicolarum Consensu factam, verum  
prestiti etiam per Nos juramenti Clausulam, jam  
abunde cum Fidelium, et potentiorum Regnicolarum  
satisfactione explicatam esse, et minus successione  
hereditariam nostram in dubium vocari, aut trahi  
posse; Falso autem adstrui, sub Dieta Posoniensi,  
vota Regnicolarum, ideo etiam, quod durante eadem,  
numeriosior in Regno Cesareo Regius Miles, com-  
muni utiq; Christianitatis et continuati contra  
Turcas Belli causa id secum ferente, aderat, vio-  
lentata fuisse, et consequenter injuste pretendi, ean-  
dem Dietam tolli debere, quo admisso longe majus,  
et rectius, ad rescindendas Pacificationes, Bocskai-  
nam et Bethlemianam ac etiam Rakotrianam, et oc-  
casionem earundem factas concessiones superindeque  
subseq



subsequentes Diatas, infestis sane Seditiosorum,  
et diversarum Gentium Barbarorumq; Armis, vici-  
nas etiam Provincias depopulantibus, a Rege et fide-  
libus Regnicolis extortas, ipsosmet Perduelles contra  
se prebere Argumentum, nisi potius, quod preterita  
illorum facta plane persuadent, tot retroactorum  
et integrum seculum sequantium Annorum Patri-  
as Constitutiones, uno ut ajunt, ictu evertere et con-  
fundere, et sub civilibus Turbis, impium Rebellio-  
nis sue questum, obstinata Contumacia diutius pro-  
trahere, prava ipsorum mens indicatur: Deniq; evi-  
dentibus et apertis antiquioribus aequae ac recentio-  
ribus Legibus Patrias, sufficienter evinci, exitiosum  
semper inter Regnum, prouti Regis semine super-  
existente dari non posse, ita idem publicari nequi-  
visse; Non secus detestandas Conspiraciones et con-  
juraciones severissimis poenis velitas esse. Et hinc  
necessario subsequi Universa et quolibet, in illegali  
et nefario illo Conventiculo Onodiensi acta et facta,  
non solum omni jure nulla, quin potius poenis Lega-  
libus digna censerit debere, preterquam, quod etiam  
Perduellium Capita, in eodem Consensu, per crudelia  
homicidia, sicarius propriis manibus, inaudito et  
abomin



abominabili inter Convices Exemplo, commissa, exercitum  
que Tyrannidem, execrabilem sui memoriam, omni  
posteritati dammandam prebuerunt.

Ac proinde pretermissa Onadiensia acta, facta, et  
conclusa aliunde, uti premissum est, per se nulla,  
irrita et inrigorosa, Tenore harum nos quoque annulli-  
mus, mortificamus, ac pro irritis et invalidis pronun-  
ciamus, nihil penitus supremæ et indubitabili autho-  
ritati, et jurisdictioni nostræ Regis, quam a Deo ac-  
cepimus derogatum iri admittentes, quin potius pro-  
tracta nefariæ Perduellionis prescia Capita, nec non  
ab ipsis officia acceptantes et gerentes, universosq;  
eorum Asseclas, cum iisdem perseverantes nisi hi, quanto  
eius ab ipsis secedant, et ad debitam nobis velut Legi-  
timo Regi suo, fidem et obsequium, et obedientiam  
redeant, aut secus ipsi quoque Rebelleum loco haberi,  
poenisq; legalibus, tam quæ ad personas, quam bona  
eorundem proprio suo facto irremissibiliter subijci  
malint veluti tanti sceleris reos, et publicos Patriæ  
hostes, ac legitimo suo Regi Perduelles et ideo prenota-  
tis poenis obnoxios jure nostro Regis, ac justitia id  
exigente, prementionatorumq; etiam Fidelium nostro-  
rum Dominorum Prelatorum, Baronum, Magnatum et  
nobilium, infidelitate sacro Regis Diademati nostro  
debita




debita laudabiliter persistentium, preactis Protesta-  
torius, et Manifesti Literis accidentibus pro proscriptione et  
damnatis censendos, et hostiliter in personis ipsorum  
ubique libere persequendos, et ad demeritam juris poe-  
nam ipsis infligendam comprehendendos. Bona vero  
eorundem mobilia simul universa, quocumque nomine  
censenda, virtute Legum Regni, Fisco nostro Regio exp-  
plicanda, et velut notorie fiscalia, in proemium quippe  
Fidelium nostrorum, et eorundem inviolate observato  
Fidelitatis Recognitionem perpefforumq; damnorum  
Compensationem benemeritis per nos dispensanda,  
ipso facto et immediate, per eos quibus competit, occu-  
panda declaramus et determinamus: Benigne nobis  
persvasum habentes, prout quilibet, Christianorum Prin-  
cipum aequus rerum Arbitrator et dignitatis propria memor,  
Tutelam et Patrocinium refractatorum et Perduelli-  
um Subditorum nostrorum suscipere, vel cuiquam  
injuste ambitioni locum dare, eventumq; inter Chri-  
stianos Bellum augere, suisq; neforis vasallis, ad  
consimiles Defectiones licentiam et ansam prebere,  
dedecus et probum existimaverit; ita pariter siquid ad-  
versum et mali ab Armis nostris in hujus Perfidiae  
ultricem exterminationem provocatis et destinatis evene-  
rit id neutiquam Nobis aut eorundem Perduellium  
indurate



indurate pertinacis merito imputaturus, iusto vero  
Causa nostra, cuius tuitionem a Divina Assistentia  
et Clementia speramus et plene confidimus, equani-  
miter sit assensurus. Dabantur in Civitate nostra  
Vienna Austriae Die 25. Mens. Aug. Anno Domini  
Mil. Septim. Septimo. Regnorum nostrorum Roma-  
ni Decimo Octavo, Hungarici et reliquorum Vigesimo,  
Bohemici vero Anno tertio.

Josephus



Comes Nicolaus Meshary

Ladislav Hunyadi



Comitatum

Gotoniensis, Nitriensis, Tuentiniensis, Turoziensis,  
Liptoviensis, et Avesani Protestantesia Suppli-  
catio ad Principem Transilvanicum Rakoc-  
si, contra eliminationem Jecui-  
tarum possetta.

1707.

Severissime Princeps, ac Domine

Domine Nobis Benignissime!

1707.

Humillimum, eorumque fidelium servitium Nostra-  
rum demittam subjectionem. Dum inter tot, et tantas  
Orbis Christiani Bellorum Brocellas fluctuantem in  
hoc Mariano Apostolico Hungaria Regno Orthodoxa  
Catholica Romana Ecclesia, et fidei statum, grave fa-  
cile naufragium pati posse nemo inficias ire que-  
at, mihi quoque inquieto conscientia remorem committi  
justum eatenus dolorem haud ultra retineamus,  
vesum in qual simul, et lamentabiles Severitati  
Vestrae perquam humillime representandas quod  
moniat exemplum invitum quasi adigimus.

Datum enim invidimus, et revera percipimus  
imo multo intuemur plane oculis, honorabile soci-  
etatis Jecui Religiosae institutioni alias lege in Viceca-  
Regni, primum quidem in forma Missionarium,  
et in ipso ~~Conventu~~ Conventu agitabatur, pro eunden-  
da juventute, et tradendis disciplinis laudabiliter inductor  
et receptos, medio vero tempore propagata ipsorum Re-  
ligione, intuitu Bonorum protestationum per eodem  
adeporum distaliter incorporatos, requiritatis pro-  
priet, ac e Regno dimittis cetera Nationis filius, jam  
etiam ipsos Baturum soli indigenas omnes, et horum  
plurimos et familiarum de Baturia bene meritum  
stirpe Natos, Nobis sanguine conjunctissimos, ultra am-  
bitum Regni, tamquam publicos Notarios, non tamen  
juri ordine convictos, ac ex sola sicut supponimus, omni-  
sione duntaxat confederati sunt, ipsi alias de stricta  
sua, universaliter respectu omnium Principum Regula,  
serio vetita prohiberi, et radicibus ad stricta exitum  
mitti, consequenterque amissione omnium Bonorum  
a potiori

F. Szetreniensis

2



a potiori fundationalium plecti

Quae merito Anima Nostra patiuntur, et praecox.  
dia conduntur in grave, et manifestum Causa Dei, et  
jussum S. Matris Ecclesiae, sequitur vetustioris Patriae  
praesudicium, ~~bonae~~ <sup>bonae</sup> fidei, Apostolicae Ecclesiae Custodes, re-  
solutissimi Orthodoxae fidei praesaginatores, et puri  
verbi Dei praedicatorum, nec non ingenio Virtutum, et  
omnium Scientiarum Magistri, ac Doctores Concilio.  
natura et temperari, taliterq. Catholici Status, alias in  
hoc Mariano Apostolice Regno primum locum tenen-  
tis incrementum, per interruptionem Catholicae  
Juventutis studii limitari, et non obscure impediri,  
e diametris vero Augustanae, et Helveticae Confessio-  
nis etiam cetera Nationis Professorum indicamina-  
tim magis, ac magis intra Regnum libere augmenta-  
ri: imo quod exulcerare facile potest animos: quod  
dem Confessionis subditis liberum Religionis exerciti-  
um citra omnem limitationem, ideoq. in evidentem  
Catholicorum Dominorum suorum conditionis autem,  
positionem, respectu universae in Circumstantia,  
etiam late patere, sole meridiano clarius cernimus.  
Unde innegabilis foret consequentia ex defectu talis  
modi Custodum, et Magistrorum: sicut sui adulatio,  
aut alii quibusvis Ordinibus, Diversis aliisq. Intri-  
tutibus inmodatis, et obstructis, vel in minimis  
detractions: multa animarum millia non leve nau-  
fragium patura, et Juventutis expectatione, qua ve-  
nerabilis Clerus, alii Religiosi in dies ad Majorem  
Dei gloriam augmentari, Status, et Ordines Regni  
veluti novella Olivarum pro Patria ornamento, et  
stabilimento adolecere, et firmari cernerent, in  
radice percussorum isti.

Pro antevertendis proinde his, et similibus  
praesuditiis, praecipuendiq. Causa Dei, et jussum S.  
Matris Ecclesiae congruit remedium, neque Populus Ca-  
tholicus fractus, et relatio spirituali fructuetur, juven-

tuus

3



tucque solide doctis Professoribus destituta. Idcirco tota  
petat, et ad profana, aut inhonesta quaeque avocetur  
aut reductatur. Serenitati Vestrae, tanquam Patria Sa-  
ta, et cui si non majori, saltem non minori Religio-  
nem, quam Regionem esse credimus curae, humillime  
supplicamus eandem Serenitatem Vestram per  
vobis sacra obtestamur, dignetur tum et praesentis vo-  
luntati, tum vero aliis recentibus Serenitati Vestrae per-  
cipue notis rationibus praememoratos Societatis Sa-  
rae Religiosae, nihil obstante Confederatione, veluti  
Religiosae minus competente, in hoc Mariano Aperto-  
lico Regno benigne ad mentem antiquarum Patriae  
Legum manutenere, et conservare, si nimirum: quod mi-  
nime speramus: cum modestia quidem, et reverentia  
debita ab sit tamen, ut per hanc Catholicam Religioni  
Nostrae curiam demeritam Intantiam, in ista Statuum  
Regni in Conventu Patreniensi Confederatione, illibati  
deteroquin quoad publica Politica permanenti, contra-  
venire subtrahamus, Necnon cum solenni Protectio-  
tione obsequentissime declaramus praesentem Cau-  
sa Dei, sed non veteritatis positivae Legi praesudiciosa  
eandem Societatem administrantem Indigenarum Societatis  
Sarae Religiosorum praescriptis, ac in exilium missis,  
ni, Bonorum suorum a potestati fundationum, adeo-  
quae fundationum intentiones sub effectu quocumque mo-  
do frustrari haud quavis, occupacioni neutiquam  
conventire posse, aut velle, hoc ipso facto Senecum Or-  
thodoxae Religioni Caput S. Pontificum quaeque excom-  
nicationes, Censuras in Bullis, et Privilegiis, iisdem Patriae  
suae largitis uberius expressatas sanctae civitate conten-  
dentes, quemadmodum etiam eam Omnipotenti Deo,  
Sanctis Spectabilibus, nec non toto Orbe Christiano submis-  
sissime, cum omni Contradictionis solemnitate palam,  
publice, et manifeste protestamur superinde In reliquo  
perseverantes

Serenitati Vestrae.

Humillimi, et fideles Servi, Comitatum  
Baroniensis, Nivernensis, Treverensis,  
Luotriensis, Liptovensis, et Avenensis  
Statu, et Ordines Catholici.

1707.



Responsura  
Principi Francisco Rakoczii

ad  
Supplicationem sex Comitatum Quoties  
tantum contra Relegationem Batorum  
Societatis Jesu.

intellige: Cocomien.  
si. - Mitlenici. - Franchi.  
niensis. - Liptovianis. -  
Turocienis. - et Arven.  
si.

1707.

Supplicationem Vestram, qua Batorum Societatis  
Jesu e Regno hoc Apostolico Mariano exclusionem  
impedire contenditis, benigne accepimus, et Vestrum,  
qui pro Religione Orthodoxa, et Scientiarum, filio.  
unusque Vestrorum emolumento Curavimus, pa.  
ternisq; fessos inde eminet, omnimode appro.  
bamus. Quando quidem autem Zelus iste in in.  
tentione quidem Vestra veus, in remittitur au.  
tem quibus dicendus est, cum gemimus pro  
Ecclēsia, et Scientiis conservandis Auda idem in.  
sitimus est, qui contrarium illi, quod petitis  
exigit, et qui praefata Societatis et Patria Nostra  
extirpationem regere videtur, ab iis, qui absteris,  
quibus hi Batoe in scholis, cui de sua Societatis  
validitate tenerat Juvenum Mentes inbuunt  
nebulis, penetrantiori oculo Dei, et Patria bonum  
prospicere norunt, et debent, atque ita haec se  
horum Batorum si non crebris, saltem instinctu  
hunc dubie exarata: se parte Vestra non ex alio,  
quam altiori indaginis defectu vta videtur pro.  
testatio.

Tum e se esse duximus praesentibus, ea, qua  
licet brevitate, Vobis tam representare, quam  
ulteriori summationi Vestra intimius evocle.  
audum relinquere; quemadmodum ea, et quibus  
vos horum Batorum inter Vos conservatiōem pra.  
tenditis Principia, ea ipsissima sunt, quae ad eum

exclus  
—  
—



exclusionem et Nos, et ante Nos jam alias dudum  
Reipublicas, Regna, et Status, eorum tales conque-  
runt, qui a Catholica Religione, et Scientiarum,  
quolibetque amore tam parum, ac tot alieni  
existere, et existunt.

1<sup>o</sup>) Ecclesie Catholicae iminent ex hujus A.  
pontificae Societatis relegatione detrimentum.

2<sup>o</sup>) Scientiarum, Scholarum exitium.

3<sup>o</sup>) Filiorum Verborum in illo ordine degen-  
tium inculpationem exitium apprehendit.

Si autem quoad 1<sup>o</sup> supra intillata ab illis  
ipso adolescentia Verba in cui favorem dictami-  
na, mentis elevare, et altius, et viros omni  
prescriptione majores decet, reflectere veli-  
ti, reperietis Ecclesiam hinc hominibus ca-  
uisse tunc, quando fuit optima, eamque primum  
tot Clericorum industria, tum obsecutiva ali-  
rum Religiosorum Ordinum institutis fultam,  
tot seculis ante hac ubique locorum eduisse,  
eamque adhuc in pluribus abis affectabunda  
hujus Communitatis adminiculo locis hodie  
clavere, ut haec 1<sup>o</sup> Ecclesia Nostra, advenit quam  
ne Gorta inferi prevalebunt, in quo, atque et  
quod Nos rigore perrevertatur sit, etiam in uni-  
particulari, et aliunde inrequies Ordini postea  
Sabbis Nostra oculum teneamus.

Praeterquam quod aliorum Religiosorum re-  
suscitabunda Casacitas, et privata ambitionis,  
et incatiabilitatis ex parte ardor, ex parte tot secu-  
lis modestia, et edificabunda, atque alia quae-  
cumque demum defectus suppleat humilitas ma-  
jorem attimationem in se fieri videtur, quam lu-  
crabunda hypocrisis, ac arrogantissima, omnesque qual-  
cumque demum virtutes obliterant superbia illiusmo-  
di.



Di hominum, qui dum Religionem Politicam famu-  
lari jubentes, administrationem rerum Sacrarum  
plurimum in exteriori apparatusu ponunt, neco-  
tut an magis suam vanitatem, quam Cultum  
Numeris quiderunt: et qui Sacri Evangelii, et Ecclē-  
siae propagationem Nobis pro Esca, sibi fortunas  
Nostras pro scopo proponunt, atque ita Sacras po-  
ginas Sanctorum Patrum sua sive ambitiosi, si-  
ve avaritia faventes, plenis buccis obtundere, con-  
trariantes vero quantumcumque clavis, ac congru-  
entis vel supprimere, vel artificiosa interpretatione  
pro libidine sua intorquere gravi, majori Dei  
Gloria, licet fortassis dim, nunc vero proquid a-  
vidiores caelestia ubique in ore temporalia in animo,  
Religionem pro titulo, pro fine utilitatem ha-  
bent: qui contra A catholicos, quibus proh dolor!  
patria Nostra adhuc nimium infecta est, indu-  
cato zelo, ne dicam passione abiepti, et tui apud  
Sedem Apostolicam meriti, aut ordinis proprii pro-  
tius, quam verbi divini amplificandi desiderio ducti,  
animos haereticorum bello impetu contra Ec-  
clesiam Nostram incitant magis quam concili-  
ant, lacerant potius, quam convincunt, et dum  
plebeos subinde quocumque fere convocor ad publi-  
cam fidei profusionem in ariditatis sua jactan-  
tiam coram sobis quasi in triumphum perducunt,  
interim integra Regna, et A catholicorum populos  
in majore aversione tenent, qui utpote magis dimi-  
gissent vicinarum blanditiarum, et metamorpho-  
rata sanctitatis facinus, uti Vos non obsecati im-  
portunas horum hominum, licet e longinquo tamen  
clarius perspiciunt, eoque exinde, et quod dolor!  
cum is etiam Ecclesiam Nostram in fieriori odio ha-  
bent.

Atq  
L  
7



Atque ita turbidi hi oculi Custodes impetinentia  
tua Oves deperditas repellunt potius, quam  
compellunt, et Ecclesiam Nostram, quam cum  
violentia conantur extendere, dilacerant, et in  
tot frusta, quot alienatos per eorum insolentiam  
animos per . . . . . diripiunt.

Neque comprehendimus, cur tanta alienum  
et antiquorum Religiosorum sufficientia, unius  
Ordinis, non ita quidem probrum recerum supple-  
re non prore vobis videatur, aut quidnam in horum  
vobis instituto Ecclesia tam necessarium, aut  
vestra tantum proterestatione dignum? aut denique  
singulare compariatis? nisi quod forte in omnibus  
singularitatem affectent, et inde hoc color summi  
Pontificis non tam in spiritualibus dignitati, quam  
supra seculares auctoritati: in redundaturam  
scilicet in eos ipsos propter arrogantiam reprehensionem:  
singularem usum, ac ambitione oblectos, aut quod  
in huius recognitionem hoc color omnium aliorum  
Ordinum: prerogativa, privilegioque se participes,  
oneribus vero, et incommodis exemptos facere scivisse  
videatis? in altiora vobis sapiat ille Censor, et  
superioritatis impatienter pro reliquo Clero horum  
hominum factu, qui sicuti in pluribus, ita et in  
hoc Italiam affectando: utpote Pontifici im-  
mediate subiecti Episcopis locis e contra subesse glo-  
riabunde dedignantur? an distinctum quid vo-  
bis redeat illa eorum superba proterestatio, qua,  
ne quid aliis Monachis sine commune, sine sicuti  
scilicet aliis antiquioribus institutis proceden-  
tia prerogativam cedere tenerentur: quid infe-  
rius habere videantur, Processionibus quibuscumque  
publicis, in ordine ut reliqui, arriperere ad Minorum  
sem Dei gloriam intermittunt? aut cauti vada,

qua  
R



quā ad aucupandam integritatis famam quā  
alii Religiosi vane gloriantur, castimonia sua  
materialitatem statui politico de privato Con-  
scientia fero parum sollicito, singulariter emo-  
lumentum, quam reliqua eorum adulterata So-  
litis intemperies praesudicium afferre videatur?  
aut forte intaminatam Corporis sui sanitatem  
Vobis appromittat illa singulari eorum solertia,  
qua inferiora membra, altioribus Concilio ex-  
clusa Tribus votis, et inferioribus munus obem-  
dis contenta tenere, talisque sua rive fama este-  
rii forte praesudicaturus, rive procedunt interis-  
sibus penetrantius insidiabundos, e societate quo  
libet, dimittere norunt, Quatuor autem Votorum,  
et intimorum technarum jam participare non  
alio transgredi patiuntur, quam ad solum Chastu-  
sianorum Ordinem, utpote strictissimo, et perpetuo,  
quod in hoc Instituto observatur: / silentio a secre-  
torum revelatione, inibi tutissime coercendos? aut  
forte Conjuges Verberas exterius in eorum Ecclesiis  
ad mundifici Muliebris imitationem exquisitus  
Nitor alluciat? aut filios Verberas histrionica illa  
ludorum theatraliumque puerilitas ultra modum  
delectat? aut denique Vos ipsos fallat affectata  
illo exit, motuumque corporis ad regularitatem mo-  
destia? seu quatuor, vultuumque gravitas, quasi  
ad eminentem Etatem ordinata? seu in Confessio-  
nalibus, quibusque ad acurationis rive ostentationem  
studiosa reverentia? qua animis in requirenda cohaeret ab  
ipsius solatia, loco amoris filialis reverentem potius erga  
Deum timorem, ut bruti incutere, et ex ovavi Christi  
jugo, conculcramque Conscientiis Noctui Tyrannidem,

in ore



in sua exaltationis jactantiam imponere rata,  
quint, ipsi interim cum de se eorum agitur, ad  
omnem indulgentiam interquetabundi? seu tan-  
dem sanctimonie, qua omnes suas actiones acti-  
ficare illius docti sunt, sicut Vobis non nisi su-  
per faciem intuentibus persuadeat, cum ipsis solis  
